

dex licentiam concedere potest, petitio erit formanda modo sequenti.

Ilustre Señor.

40. „ Fulana, muger legitima de F. digo, que yo tengo necesidad de mover, y tratar ciertos pleytos en Juicio contra F. y el dicho mi marido está ausente de este Lugar, y no espero que vendrá tan presto; por ende a Vmd. pido, que habida informacion de la ausencia del dicho mi marido, y de la necesidad, que tengo de mover los dichos pleytos, me mande dar licencia para los poder mover, y estar en Juicio, y hacer los demás Autos necesarios, para su buena expedicion, sobre que pido justicia, y el oficio de Vmd. imploro: y juro en forma de Derecho, &c. que esto no pido de malicia.

41. Ceterum si mulier conjugata velit agere contra suum maritum ad inopiam vergentem pro dote sibi restituenda, vel pro alimentis, aut alia causa, bene poterit in judicio experiri sine licentia mariti, vel Judicis. (i)

42. Quinto advertat Actor, an experiri debeat cum majori, vel minori viginti quinque annis: nam si major fuerit reus; contra ipsum citatio & petitio erit formanda; si vero fuerit minor habens tutorem, vel curatorem, tunc contra tutorem, vel curatorem, & ipsum minorem erit intentandum, (j) 43. alioquin processus gestus cum minore abique auctoritate tutoris, vel curatoris nullus est, (k) & tunc debet dicere: *Pongo demanda à Fulano, y à Fulano su tutor, ó curador, vel sic: A Fulano, como Actor, ó Curador, que es de la persona, y bienes de Fulano.* 44. Ceterum si minor contra quem actor velit agere, tutorem, vel curatorem non habuerit, citandus erit ad instantiam actoris, ut legitime compareat reponitur actori: & si comparuerit sine tutore, vel curatore, tunc actor petere debet, ut

sibi detur *Curator ad litem*, quo casu dabitur, etiam invito. (h) Qui curator ad litem datus statim debet satisficere. (m)

45. Sexto advertat Actor, quod si agere velit contra Civitatem, Villam, Oppidum, Capitulum, Conventum, Collegium, quod conveniat Procuratorem, sive Syndicum ipsius Civitatis, Ville, Oppidi, Capituli, Conventus, vel Universitatis; non tamen singulares personas. (n) 46. Bene tamen verum est, libellum posse concipi contra Civitatem, & Villam, Oppidum, Capitulum, Universitatem, vel Conventum, & si ab eis mittatur Syndicus reponitur, poterit cum eo processus agitari, secundum Joann. Platam (o) asserentem, 47. quod si solus Syndicus citaretur, & compareret, sententia valeret, pro cuius opinione facit dict. lex 13.

48. Septimo advertat Actor, an actio, quam velit intendere, competat sibi contra aliquem defunctum, qui decesserit, relicto hereditibus, quia tunc prius debet à Judice petere mandatum contra heredes ad adeundam, vel repudiandam hereditatem intra certum tempus: nam omnes heredes debent requiri, prius quam curator detur bonis, (p) quo casu, petitio modo sequenti formabitur.

Ilustre Señor.

49. „ Fulano, como mas haya lugar de Derecho, parezco ante Vmd. y digo, que Fulano me está obligado à dar tal cosa, y es difunto, y pasado de esta presente vida, y dexó por sus hijos, y herederos legítimos, à Fulano, y à Fulano; à Vmd. pido mande, dar su mandamiento, en que mande à los dichos sus herederos, que dentro de un breve tiempo parezcan ante Vmd. legitima mente à acceptar, ó repudiari la dicha herencia, sobre que pido justicia, y el oficio de Vmd. imploro, y juro en forma de Derecho, &c.

Tunc

(i) Argum. eorum, quæ notat gloss. in leg. fin. §. *Necessitate*, Cod. de *Bon. que liber.* & in specie firmat Alber. quæ sequitur Palac. Rub. in repet. cap. *Per vestras*, §. 27. n. 1. & 2. de *Donat. inter vir.* Segur. in repet. leg. 1. §. *Si vir uxori*, col. 2. ff. de *Adquir. posses.* & Cifuent. in dict. leg. 55. Taur. quæst. 16. & ibi Ant. Gom. n. 3.

(j) Juxta text. in leg. 1. §. *Sufficit*, ff. de *Admin. tut.* Ubi Barr. & Imol. in leg. *Contra pupillum*, ff. de *Re jud.* & probatur in cap. *Sua*, & ibi not. Dec. de *Appell. n. 1.*

(k) Ut probat text. in leg. *Civium*, Cod. de *Aut. praes.* & in leg. *Acta*, §. fin. & in leg. *Contra pupillum*, ff. de *Re judic.*

(l) Ut probat text. in §. *Item iurisi*, Instit. de *Curat.* &

in leg. *Qui habet*, §. *Si pupillus*, ff. de *Tutel.* & in leg. 7. tit. 2. Part. 3. & leg. 13. tit. 16. Part. 6.

(m) Ut docet Barr. in leg. *Et si ad speciem*, ff. *Rem pupil.* Et Neviz. in consil. 17. n. 64. Alex. in consil. 122. tom. 1. & Menoch. lib. 2. de *Arbitr.* cent. 2. cal. 50. n. 25.

(n) Ut probat text. de *Jur. com.* in leg. *In tantum*, §. *Universitatis*, & ibi Doct. ff. de *Rev. divisi.* & in leg. *Sec. si hinc*, §. *Qui manumittitur*, ff. de *In jus voc.* & de *Jur. Reg.* in leg. 13. tit. 2. Part. 3.

(o) In leg. 1. Cod. de *Jur. veip.* lib. 11.

(p) Ut docet Bartol. in leg. 1. n. 3. ff. de *Curat. bonis dand.*

50. Tunc Judex præcipit, quod intra tres dies compareant ad acceptandam, vel repudiandam hereditatem, vel intra alium terminum à Judice præfigendum, secundum distantiam loci: & si in illo termino non comparuerint, actor incutabit eis contumaciam, & Judex præcipiet, quod intra alios tres dies compareat, ad adeundam, vel repudiandam hereditatem: & isto secundo termino elapso, actor incutabit secundam contumaciam: & tunc Judex assignabit tertium terminum aliorum trium dierum, asserens, quod si non comparuerit, habebit eos pro acceptantibus, vel repudiantibus, prout actor maluerit: intentabitque actor adversus eos, tanquam in hæredes acceptantes: nam elapso tempore per Judicem concessio ad deliberandum, hæredes habentur pro acceptantibus, vel repudiantibus, quod deterius eis fuerit, (q) 51. quod tamen intelligit verum, quoad creditores, ad quorum instantiam terminus fuit præfixus, quia solum eis prodest, non aliis. (r)

52. Sed hæredes si in aliqua ex illis dilatoriis sibi assignari ad deliberandum, an adire, vel repudiare debeant hereditatem, tunc tempus juris poterit assignari, quod est unius anni, si à Principe impetretur, & si ab alio Judice, est novem mensium, ut probat text. in dict. *J. Scimus*, §. *Et hæc quidem*, C. de *Jur. delib.* cui convenit l. 2. tit. 6. Part. 6. §. 3. ubi dicitur, tempus novem mensium posse coartari arbitrio Judicis, dummodo non sit tempus minus centum dierum: quod procedit, ad hoc ut hæres habeatur pro adente, vel repudiante; tamen quoad hoc ut curator bonis detur ad respondendum creditoribus, brevius tempus præfigi poterit à Judice. (s) 54. Et hinc praxis orta fuit, quod Judex assignat decem, vel viginti dies hereditibus ad acceptandam, vel repudiandam hereditatem defuncti, (t) sed si intra terminum eis præfixum adierit hereditatem, vel nec adierit, nec recaverint (quo casu pro adentibus

habentur, ut supra diximus) adversus eos actio erit intentanda: at verò si hereditatem recusaverint, requirendi erunt quibus causa successione contingit: (u) & si in gradu sequentes se abstinuerint, tunc actor petet, curatorem, vel defensorem bonis dari, qui dandus erit: (x) nam perinde erit, ac si sine hærede defunctus decederet, quo casu curator bonis datur, (y) & curatore, vel defensore dato, adversus eum erit intentanda. 55. Similiter quoties maritus, vel ejus hæres, aut quilibet alius creditor voluerit convenire uxorem, aut ejus hæredem, prius debet petere à Judice, quod hæres præcipiat, ut intra breve tempus uxor, vel ejus hæres acceptet, vel repudiet lucra quæ sita constante matrimonio. (z)

56. Octavo advertat Actor, an reus conveniendus, sit absens in partibus remotis, vel sit captivus, ita quod de proximo non speretur venire, quia tunc prius debet comparere coram Judice, asserens adversarium suum sibi debere certam quantitatem pecunie, absentemque esse in partibus remotis, & bona reliquæ, opusque esse, defensorem illis bonis dari, adversus quem ipse actionem intendat, quo casu Judex (recepta informatione absentis, debiti, & quod illa bona spectant ad absentem) præcipit bona sequerari, & defensorem eis dari, adversus quem actor pro suo debito aget, (a) & processus fulminabitur, ut dicimus infra in 5. Part. hujus primi Tomi.

EX TERTIO TEMPORE.

S U M M A R I A.

1. *Citatio quid sit?*
2. *Judicium propriè non incipit à citatione, sed improprie.*
3. *Citatio necessaria, ut judicium invocetur.*
4. *Defensio à Jure naturali provenit.*

De

(q) Ut probat text. junctâ gloss. verb. *Deliberationem* in leg. *Stimus*, §. *Si autem*, Cod. de *Jur. delib.* Et tradit Palac. Rub. in repet. Rubr. §. 66. n. 3. de *Donat. int. vir. & uxor.* Explicat Mancic. in lib. 22. de *Conject. ult. v. Junct.* ut. 13. à princ.

(r) Argum. leg. de *Etate*, §. *Qui tacuit*, & in leg. fin. ff. de *Interrog. ait.* docet Bald. in Rubr. Cod. de *Suces. adict.* à nemine reprehensus secundum Gregor. Lup. in leg. 2. tit. 6. Part. 6. verb. *Cien dias.*

(s) Ut probatur in leg. 1. §. *Sanè*, ff. de *Suces. adict.* & in leg. *Si curatoris*, Cod. de *Jur. delib.* & firmat communiter Doct. ex Alex. Jaff. & Dec. in Rubr. Cod. de *Suces. adict.* Et notatur in gloss. cap. *Ex parte* 1. de *Verb. signif.*

(t) Secundum Palac. Rub. ubi sup.

(u) Secundum Barr. in leg. 1. n. 3. ff. de *Curat. bon. dand.* & Greg. Lup. in leg. 12. tit. 2. Part. 3. in gloss. verb. *Si heredes.*

(x) Ut in dict. leg. 1. ff. de *Curat. bon. dand.* (y) Ut probat text. in leg. *Si dicitur*, ff. *Quis ex caus. in possessione*, & in leg. 12. tit. 2. Part. 3. noc. Angl. & Imol. in leg. *Si servus hereditarius*, ff. de *Situp. serv.* Et Jaff. in leg. *Cum debitoris*, Cod. de *Judic.* Et notat Menoch. in lib. 2. de *Arbitris*, cent. 2. cal. 150. à n. 1.

(z) Ut docet Palac. Rub. in dict. Rubr. §. 66. &c.

(a) Quod procedit per text. in leg. *Ab hostibus*, junctâ gloss. ibi, ff. *Ex quib. caus. major.* & in leg. 12. tit. 2. Part. 3. Et notat Menoch. lib. 2. de *Arbitr.* cent. 2. cal. 150. à num. 15.

- 5 Defensio nemini deneganda est.
- 6 Judex pro absente defensionem supplere debet.
- 7 Citatio omni Jure introducta.
- 8 Judicium sine citatione, etiam coram Principe actum nullum omnino est.
- 9 Si datur commissio procedendi, nullo juris ordine servato, intelligenda est de alio ordine, quam citationis.
- 10 Intellectus leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop.
- 11 Citatio ab omni Jure descendit, modus tamen, & ejus forma à Jure tantum positivo, qui variari potest, & alterari per legem aut Principem.
- 12 Prima citatio ad Judicium est de Jure Naturali, reliqua inducta ad preparationem sententia de Jure Positivo, & ab eo tolli possunt.
- 13 Multi sunt casus, quibus procedatur absque citatione, quia defensio in eis non competit reo.
- 14 Citatio altera Realis, altera Verbalis.
- 15 Realis citatio que fit.
- 16 Citatio Verbalis que fit.
- 17 Citatio verbalis una juris, altera Hominis est.
- 18 Citatio verbalis juris que fit.
- 19 Citatio verbalis Hominis in plures species scinditur.
- 20 Citatio fit per edictum.
- 21 Citatio fit etiam per litteras, seu epistolam.
- 22 Citatio regulariter fit per scripturam.
- 23 Citatio fit per vocem Praconis.
- 24 Citatio aliquando proprio Judicis ore fit, qua vim peremptorii obtinet.
- 25 Citatio per Nuntium, Apparitorem, aut Executorem fit.
- 26 Nuntius aliquem citare non potest absque Judicis mandato.
- 27 Citatio, qua extra locum, ubi fit Judex, est facienda, licet intra ejus territorium mandatum in scriptis exigit.
- 28 Nuntius debet de Judicis mandato reum, etiam in criminalibus citare, quod de Jure communi, & Castella procedit.
- 29 Si Nuntius, nullo Judicis precedente precepto, aliquem capiat, qui delictum confiteatur, nulla erit ejus confessio.
- 30 Nuntius in quatuor casibus absque Judicis mandato poterit aliquem capere realiter.
- 31 Nuntio asserenti se aliquem citasse, credendum est.

(c) Ut colligitur ex §. fin. Instit. de Pen. tem. litig. & ex gloss. Rubr. ff. & Cod. de in jus voc. gloss. in clem. 1. verb. Citationes, de Juri. & ex leg. 1. tit. 7. Part. 3. Et ita definit Alciat. in Pract. 1. part. fol. 13. cui subscribitur Di-

- 32 Nuntio dicenti, sibi injuriam illatam, nulla Fides adhibenda, nisi testibus probet.
- 33 Nuntio, ut credatur aliquem citasse, requiruntur duo testes de Jure Castella, si ille sit Nuntius Judicis inferioris, si Regis unus testis sufficit.
- 34 Judicibus Curia Regis asserentibus, aliquem citasse, datur fides absque ullo teste.
- 35 Citatio etiam fit per Tabellionem intimantem libellum de mandato Judicis.
- 36 Libelli oblatio vim citationis non habet, tamen ejus notificatio de Judicis mandato vim citationis obtinet.
- 37 Citatio fit etiam per partem adversam.
- 38 Citantur aliquando aliqui per Tubam, aut Campanam.
- 39 Citandi sunt omnes de quorum prejudicio principaliter, & non secundario tractatur.
- 40 Is, in quem petitio dirigitur, precipue citandus est.
- 41 Citatio debet emanare à Judice jurisdictionem habente.
- 42 Citatus à Judice incompetenti coram eo comparere debet, suum privilegium allegaturus, nisi notorie, & clarè de incompetencia ejus constet.
- 43 Citatio ad partis instantiam decernenda est.
- 44 Citationem ad partis instantiam decernendam esse, non probatur in cap. 1. de Judic. contra Panorm.
- 45 Citatio decernenda absque partis petitione, quando Judex ex officio procedit.
- 46 Citatio in actis processus descripta, parte petente, & ex Judicis precepto decreta, presumitur in dubio.
- 47 Intellectus ad leg. 3. tit. 3. lib. 4. Recop. & apud Lusitanos, lib. 3. tit. 1. §. 1.
- 48 Plura de citatione remissio.

TERTIUM TEMPUS

DE CITATIONE

Omnis institutio processum ab ipsa citatione exordium sumit, qua nihil aliud est, quam juridica vocatio ad Judicis conspectum, etque fundamentum, & principium ordinis judicialii, seu caput substantiale ordinis judiciorum. (a) Nec intelligas inde proprie Judicium incipere à citatione, sed potius improprie, ut supra resoluisti in fine pri-

mac
dac. Perez in leg. 1. tit. 1. lib. 3. Ordinam. col. mihi 813. Et nemine relato, consentit Damhaud. in Praxi, cap. 54. num. 1. & 2.

mae annotationis. 3. Nihilominus tamen ex superioribus constat, citationem omnino necessariam esse ad judicia inchoanda, cum defensionem respiciat, 4. quae à Jure provenit Naturali, (b) 5. quae nemini deneganda est. (c) 6. Ideoque Judex non solum illam tollere, imò, pro absente defensionem supplere debet. (d) 7. Omnique jure introducta est: nam Deus Omnipotens volens exemplum Judicibus saeculi praestare, (e) usus fuit hac citatione, prius quam Adam judicaret, dicens: Adam, ubi es? ut constat Genes. cap. 3. Et de Jure Naturali inventam fuisse constat, (f) ad effectum ut uniusquisque se defenderet, (g) quae defensio de Jure Naturali est, (h) de Jure Canonico, & Civili necessariam esse constat ex text. in cap. Inter quatuor, de Major. & Obed. & in l. Arrianus, ff. de Jure Fife. (i) 8. In tantum, quod omisio citationis reddit nullum omne judicium, etiam si coram Principe ventileretur. (j) 9. Quo fit, quod si in aliqua commissione dicatur, ut procedatur, non servato juris ordine, illud intelligi debet de alio ordine, puta, de conclusionem, juramento calumniae, libelli oblatione, & de aliis, non tamen de citatione, quia haec omitti non debet, nec per Principem, nec per Legem. (k) 10. Et juxta hanc resolutionem intelligit text. in l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. ut dum disponit, processum valere, non servato juris ordine, sed tantum consilio de veritate, procedat, &

(b) Ut in leg. Ut vim, ff. de Juss. & jur. & in leg. 1. §. Cum ardet, ff. Si quid. papp. fecit. dicit.
(c) Ut in leg. Defensionis facultas, & ibi Bart. Cod. de Jur. Fife. lib. 10. & in leg. Unus, §. Cognitum, ff. de Quest. & in cap. Cum inter, Extra de Except.
(d) Ut in leg. Si non defendatur, ff. de Pen. & leg. Ampliorem, Cod. de Appel.
(e) Ut inquit text. in cap. Deus Omnipotens 2. quaz. 1. & Ex Clem. Passoralis, §. Ceterum, de Re jud.
(f) Ut in leg. de Unusquisque, ff. de Re jud. & leg. Nam ita dicitur, ff. de Adop.
(g) In dict. leg. Ut vim.
(h) Et docet Bart. in Extrav. Ad reprimendum, verb. Sine figura, & Imol. in Clem. Sepè, de Verb. sign.
(i) Ut probatur in dict. Clem. Passoralis, §. Ceterum, & in cap. 1. de Caus. poss. & prop. Quod intelligit, ut per Covar. in Pract. Quaz. cap. 23. n. 6. versic. Tertio.
(j) Ut probatur in dict. Clem. Passoralis, §. Ceterum, & in dict. Clem. Sepè, & in dict. cap. 1. de Caus. poss. & prop. Et tradit Marant. de Ordine Jud. 6. part. membr. 1. n. 3. Assimus in Praxi, §. 1. cap. 1. n. 28. Et Vantius de Nullit. proces. in Rubric. de Nullit. ex defectu citationis. n. 8. Nisi in aliquibus casibus, quos notat Covar. in Pract. Quaz. cap. 23. n. 6. versic. Primum.
(k) Ut not. Bald. in l. 1. n. 7. Cod. Quom. & quend. jud. Felin. in cap. Dilecti, col. 5. de Except. & Alexand. conf. 22. col. 2. tom. 6.
(m) Secundum Bald. in cap. Cum sit Romana, col. fin. de Appel. Dec. in leg. Militis, n. 12. ff. de Testam. milit. Et Marth.

intelligatur de alio ordine, non verò de citatione, cum tolli nequeat, nec per Principem, nec per legem. 11. Advertte tamen, quod licet haec citatio descendat à Jure Divino, & Naturali, omnique jure sit approbata; tamen modus, & forma citandi introducta sunt à Jure Positivo, ac ideo modus poterit variari, & alterari per Principem, vel Legem. (l) 12. Hinc est, quod prima citatio, per quam potest quis se defendere, dicitur de Jure Naturali; & quod à Principe non potest tolli; reliquae tamen citationes, quae inductae sunt ad preparationem sententiae, de Jure Positivo dicuntur institutae, & à Principe tolli possunt. (m) 13. Hinc fit, quod in multis casibus absque citatione proceditur, quia defensio reo non competit, quos congerit Marianus Socinus. (n) 14. Est advertendum, citationem duplicem esse, nempe Realem, & Verbalem: Realis est, quae fit per desertionem, seu captivem persona. (o) 16. Verbalis autem citatio est, quae tantum verbis fit. (p) 17. Rursus, citatio verbalis est duplex, 18. una juris, & altera hominis: citatio juris dicitur illa, quae à lege fit. (q) 19. Præterea, citatio verbalis hominis subdividitur in plures species: 20. Prima est, quae fit per edictum. (r) 21. Secunda est, quae fit per litteras, seu epistolam, (s) 22. regulariter tamen citatio in scriptis fit, ut pro regula consilium Duënas. (t) 23. Tertia est, quae fit

de Affict. in Decis. Neapol. 283. & Covar. ubi supr. versic. Primum.
(n) In Rubr. de Dilationib. art. 7. principali, & Ant. Michel. in Concord. gloss. Juris Civilis, & Canon. Concordantia 52. Jaf. in leg. Nec quicumque, §. Ubi decretum, ff. de Offic. Broconf. Hyppolit. in singul. 175. Marant. ubi supr. à n. 52. Et Vantius de Nullit. ex defectu citationis, n. 2. & Covar. in Pract. Quaz. cap. 23. n. 6. versic. 2.
(o) De qua loquitur text. in leg. Neminem, Cod. de Exlib. reis, & in cap. Si Clericus, de Sentent. excom. in 6. Tradit Bart. per text. ibi in leg. Plerique, ff. de In jus voc. Joan. Andr. in cap. Romana, §. Contrahentes, de For. comp. lib. 6.
(p) Et has duas species citationis colligit ex text. in leg. contentianum, & ibi gloss. verb. Cogendum, Cod. Quom. & quend. jud. tradit Socin. in Tract. de Citatione, art. 1.
(q) De qua in cap. 1. & cap. capitentes, de Elect. in 6. & in cap. Quomvis, de Offic. ordi. in 6. & in leg. fin. Cod. de Dol. Et differentiam inter utrumque refert Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordinam. verb. Differ tamen.
(r) De qua agit text. in cap. Gratum, de Offic. Deleg. cap. fin. de Dol. & contum. Et tradit Bart. in Extrav. Ad reprimendum, verb. Per edictum, & leg. 3. tit. 10. lib. 4. Recopil.
(s) De qua agit text. in leg. Sed & interpellatur, §. Arbitr. ff. de Recp. arbit. & in cap. Quoniam contra, de Probat. Et Bart. in dict. Extrav. Ad reprimendum, verb. Per litteras, & in leg. 3. tit. 3. lib. 4. Recop.
(t) In reg. 23.

per vocem Praeconi. (u) 24. Quarta est, quae fit proprio ore Judicis, (x) & ista habet vim peremptoriam, ut notat Mattheianus. (y) 25. Quinta quae fit per Nuntium, Apparitorem, seu Executorem. (z)

26. Iste tamen Nuntius destinatus ad citandum, non poterit citare absque commiffione, & mandato Judicis. (a) 27. Quinimo, si citatio fieri debeat extra locum Judicis, tamen intra ejus territorium, necessarium erit mandatum Judicis in scriptis redactum. (b) 28. Et quod de mandato Judicis Nuntius debeat citari de Jure communi, & de Jure hujus Regni Castellae, in causis criminalibus etiam procedit, (c) 29. alioquin, si absque mandato Judicis Nuntius personaliter caperet aliquem, & confiteretur delictum, talis confessio esset nulla, nec ex ea delinquens posset puniri. (d) 30. In quatuor tamen casibus, absque mandato Judicis Nuntius poterit realiter capere, quorum meminit text. in l. 2. tit. 29. Part. 7. (e)

31. Adverte etiam, quod Nuntio assentiens se aliquem citasse, plena fides adhibenda erit, secundum Glossam, (f) & plures alios. (g) At tamen Glossa, (h) & plures alii (i) firmant, soli Nuntio assentiens se aliquem citasse, fidem non esse adhibendam, sed debere secum duos testes adhibere, coram quibus citacionem faciat, quorum opinio Jure nostro Regio comprobatur, ex iuribus infra referendis. Ca-

terum Hostiensis, Panormitanus, & plures alii (j) dicunt, hoc relinquendum esse arbitrio Judicis, qui qualitatem personarum, & negotii considerans, & nil contra nuntium urgere praevidens, probabit ejus fidem, & si aliquam causam justam viderit, ob quam a fide Nuntii recedere debeat, utique recedet. 32. Non tamen erit credendum Nuntio assentiens, sibi fuisse injuriam illatam a citato, nisi testibus probetur. (k) At verò de Jure hujus Regni, ad hoc ut fides adhibeatur Nuntio assentiens se aliquem citasse, requiruntur duo testes, si Nuntius fuerit Judicum Inferiorum; si verò fuerit Nuntius Regis, unus testis sufficit: 34. Judici Regiae Curiae assentiens se aliquem citasse, creditur absque aliquo teste. (l)

35. Sexta citatio est, quae fit per Tabellionem cum intimacione libelli de mandato Judicis: (m) 36. nam licet libelli oblatio vim citacionis non habeat, (n) tamen libelli notificacio per Tabellionem de mandato Judicis vim citacionis habet: nam si per Nuntium fieri potest, à fortiori per Tabellionem.

37. Septima citatio est, quae fit per partem adversam. (o) 38. Octava citatio est, quae fit per Tubam, vel Campanam. (p) Et ita in Ecclesia Cathedrali Salmantina tempore interdicti Canonici per tubam ad horas Canonicas citantur: & nos in hac Universitate Salmantina per campanam citamur, ut in Capella Beatae Barbarae congregemur ad examen pri-

(a) Ut in Auth. Qui semel, Cod. Quom. & quom. judic. & in leg. fin. Cod. de Fer. & in leg. 7. tit. 6. lib. 2. Recopil. & in leg. 3. tit. 10. lib. 4. Recopil. (* Tradit Marant. de Ord. Jud. 6. p. 1. mem. Jud. de Citat. à num. 97. cum nonnull. seqq. & Rebus. ubi supra.)

(x) De qua agit text. in leg. 2. Cod. Quom. & quom. judic. (y) In singul. 13. 1. Corlet. in singulari citat. à Barbac. in clem. 1. de Except. col. 12. & Jaff. in leg. si procurator, not. 1. ff. de Verb. oblig.

(z) Ut in cap. Prudentiam 1. resp. de Offic. deleg. & cap. Cum parati, de Appell. & in leg. Magis, versic. illud, ff. de Reb. eorum. Et tradit Bartol. in dict. Extrav. Ad repraesentand. verb. Per nuntium.

(a) Ut probatur in leg. Cum clericis. Et ibi Bald. Cod. de Episc. & Cler. & in leg. Sed si hac, §. Praetor ait, ff. de In jus voc. Firmat Bart. ubi supr. verb. Per nuntium; & probatur in leg. 1. tit. 7. Part. 3. leg. 2. tit. 29. Part. 7. & in leg. 3. tit. 3. lib. 4. Recopil.

(b) Ut probatur text. in dict. leg. 3. lib. 4. Recopil. Et apud Lusitanos lib. 3. Ordin. tit. 1. §. 1. Ubi dicitur, quod si citatio fieri debeat intra Civitatem, quod Nuntius poterit citare absque licentia Judicis, & ejus mandato.

(c) Ut probatur text. dict. leg. Neminem, Cod. de Exhib. reis, & in leg. 6. tit. 4. lib. 3. Recopil. & leg. 7. tit. 23. lib. 4. Recopil.

(d) Ita cum Ancharr. & communi firmat Alex. in leg. Qui in aliena, §. Celsus, col. fin. ff. de Acquir. hered. (e) Et tradit Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. col. milti 8. 19.

(f) In cap. Cum parati, verb. Nuntius, de Appell.

(g) Quos refert, & sequitur Dec. ibi n. 10. Assentiens hanc esse magis communem, & Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 2. cas. 112. n. 1. Et tenent communiter omnes, teste Nicotio in Repet. cap. Quoniam contra, de Prob. vers. Citacione, n. 99.

(h) In dict. cap. Quoniam, verb. Citaciones, & gloss. in cap. Quod sicut, verb. Vocatus, de Elect.

(i) Relati à Tirac. de Retract. §. 8. gloss. 9. n. 3.

(j) In dict. cap. Cum parati, & Menoch. ubi supr. n. 8.

(k) Secundum gloss. in cap. Venerabilibus, verb. Judicis, de Sent. excom. in 6. Tradit Segur. in leg. si ex legati causa, n. 8. ff. de Verb. sign. Et refert Menoch. ubi supr. n. 12.

(l) Ita disponit leg. 1. tit. 7. Part. 3. & firmat Montal. in leg. 8. tit. 3. lib. 2. For. verb. Suome. Et Rebus. de Citacione, artic. 1. gloss. 4. n. 14. Et Didac. Perez in leg. 1. tit. 9. lib. 2. Ordin. col. milti 1220. & in l. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. gloss. 1. quæst. 23.

(m) Argum. text. in cap. Circumcelliones 23. quæst. 5. ibi. Sed illorum Notarius, & probatur in leg. 3. tit. 3. lib. 4. Recopil. Tradit Damhänd. in Praxi, cap. 54. n. 6.

(n) Ut firmat gloss. in leg. 1. ff. de In jus voc. per text. in leg. Liberos, ff. eod. tit.

(o) De qua agit leg. 1. ff. de Servo. fugit. & leg. Eum qui, §. Si epistola, ff. de Furt. & non. Jaff. in §. Quæstio, n. 32. Institue. Aff. & Motal. in l. 6. tit. 3. lib. 2. For. verb. Suome. (p) De qua agit gloss. in Clem. Gravus, verb. Voce præconiæ, de Sent. excom. Tradit Socin. Tract. de Citacione, art. 3. & Montal. ubi supr.

privatum subeundum per aliquem licentiam. 39. Adverte insuper, quod omnes sunt citandi, de quorum præjudicio principaliter, non secundario agitur. (q) 40. Et præcipue est citandus is, contra quem petitio dirigitur. (r)

41. Rursus adverte, quod citatio decerni debet à Judice competenti jurisdictionem habente. (s) 42. Nihilominus tamen, si quis citetur à Judice incompetenti tenebitur comparere ad allegandum suum privilegium: (t) quod intellige verum, quando de jurisdictione Judicis dubitaretur; ceterum si notorium esset, Judicem incompetentem esse, citatus non teneretur comparere, etiam ad allegandum privilegium. (u)

43. Præterea adverte, quod ut citatio firma sit, decerni debet per Judicem ad instantiam partis, (x) & ita firmat Panormitanus cap. 1. de Judic. (y) 44. Hæc opinio licet vera sit, non tamen probatur in dict. cap. 1. de Judic. quidquid ibi dicat Panormitanus, quia ibi tantum series facti ponitur, ut bene advertit Decius: (z) 45. intellige tamen prædictam opinionem veram esse, nisi Judex procederet ex officio, ut notat Panormitanus. (a) 46. At verò quoties citatio in actus processus descripta inveniretur, ex mandato Judicis, parte petente, in dubio præsumeretur decreta. (b)

47. Ex quibus intelliges text. in l. 3. tit. 3. lib. 4. Recopil. & text. apud Lusitanos lib. 3. Ordinam. tit. 1. §. 1. ut dum ibi dicitur, Nuntium non posse aliquem citare extra Civitatem in loco territorii sine jussu Judicis, alioquin puniri posse poena, de qua ibi, & citacionem nullam ipso jure esse, intelligantur, illud verum esse, nisi in actus processus reperiatu ci-

tatio descripta, quo casu præsumitur de mandato Judicis facta fuisse, nisi contrarium probaretur, &c.

48. Et hæc sufficiunt de citacione à nobis dicta pro instructioe, plura alia materiam citacionis tangentia require apud Socinum in illo Tract. de Citacione, & Sebati. Vancium in Tract. de Nullit. Process. Rubr. de Nullit. ex defectu citacionis, & in tit. 7. Part. 3. (c)

Postquam reus citatus fuerit, & comparere noluerit, vel jam quod comparuit à judicio recessit sine Judicis licentia, tunc actori tria remedia de jure prodita sunt, in quibus erit procedendum modo, & forma à nobis assignata infra in 2. Part. hujus 1. Tomi. Si vero comparuerit reus legitime, nec recesserit, tunc li Actor non compareat, puniendus erit, juxta text. in l. 5. tit. 3. lib. 4. Recopil. ceterum si compareat Actor in judicio, offerret suum libellum petitionis, ideo de quarto tempore oblationis libelli erit dicendum.

EX QUARTO TEMPORE.

SUMMARI A.

- 1 Libelli distinctio scribitur.
- 2 Libellus de Jure communi in scriptis offerendus est.
- 3 Libellus in scriptis offerri debeat, necne, Judicis arbitrio relinquatur de Jure hujus Regni, dum tamen aliquis petitio apud acta interveniat, super qua Judex sententiam fundare valeat.
- 4 Libellus in scriptis offerendus apud Regia Tribunalia, & Auditoria.
- 5 Libellum concipiat Advocatus juxta solum regionis, ubi causa agitanda sit.

(a) Ut probatur text. in leg. Nam ita dicitur, ff. de Adopt. leg. 1. §. Deunitari, ff. de Vot. in fine. Quam text. ad hoc allegat Bald. in leg. Jubemus, col. 1. Cod. Ad Trebel. & in Rubric. in fin. Cod. de Success. editi. ad idem est text. in leg. de Quæstio, ff. de Re jud.

(b) Ut probatur in cap. fin. de Major. & obed. Et tradit Bald. in leg. Ab eo, in fin. Cod. Quom. & quom. jud. Felin. in cap. de Major. & obed. col. 2. Alex. consil. 86. tom. 2. dec. 445. lib. 4. col. 8. Mar. Soc. in Tract. de Citacione, artic. 1. quæst. 1. & Mills in Repert. verb. Citari oportet.

(c) Juxta text. in Clem. 2. Ut lit. pend. junct. gloss. ibi verb. Competens. Quam testatur communicer receptam Perul. n. 17. Dec. n. 6. in cap. Si duobus, Extra de Appell. & Doct. communiter in leg. Si quis ex aliena, ff. de Judic. & est communis opinio secundum Jaf. in leg. More, n. 6. ff. de Jurisdict. omni. jud.

(d) Secundum gloss. in dict. cap. Si duobus, verb. Tenebit. Per text. in dict. leg. Si quis, & in leg. Ex quacumque, & ibi Jaff. n. 37. ff. si quis voc. in jus non serit, & in leg. 2. tit. 7. Part. 3.

(a) Secundum gloss. in cap. Si Episcopus, verb. Convocari 3. quæst. 4. gloss. cap. Convocari, verb. Convenerit 23. quæst. 8. & gloss. fin. cap. Peniens, de Acq. & ibi remissive tradit Soc. n. 286.

(b) Ut probatur text. in cap. Proposisti, ibi: Ad petitionem cuiusdam adversarii, de For. comp. & in leg. Proferendum, §. Et si quidam, Cod. de Judic. ibi: Requiritur adversario.

(c) Et Soc. in Tract. de Citacione, art. 6. n. 1. Et plures alii, quos refert & sequitur Duënas in regul. 96.

(d) In dict. cap. Proposisti, not. 2. Alex. leg. 4. §. Nullatenus, ff. de Jud. Et Ripa in cap. 1. n. 2. Extra de Judic.

(e) Ita tenent Doct. communiter, teste Barbat. n. 13. Et Ripa n. 20. in dict. cap. 1. de Jud. & Curt. n. 5. in leg. Ad peremptorium, ff. de Jud. Quamvis Augustus. Beronius in dict. cap. 1. n. 49. incaute dicit, opposuit sententiam receptorem esse.

(f) Et ibi Greg. Lup. & in tit. 3. lib. 4. Recopil. Et apud Lusitanos, lib. 3. Ordin. tit. 1. Et tradit Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin.

- 6 Libellus qualis debet esse.
- 7 Libellus compendiosus, & multiloquio contempto, compendiosus est.
- 8 Libellus brevis, & in summa quid continere debeat, traditur.
- 9 Libellus nomen actoris seu accusatoris contineat.
- 10 Libellus nomen actoris, aut accusatoris debet continere, si ipsemet compareat, si vero ejus Procurator, tunc ejus nomen apponendum in Libello erit.
- 11 Si constituto Procuratore, constituens personaliter vult comparere ad aliquid petendum, debet in Libello adici: No revocando mis Procuratores, alias suos Procuratores revocare visus erit.
- 12 Clausula Libello solita apponi: Como mejor haya lugar de Derecho, quos effectus operetur.
- 13 Clausula: Y me querello, y pongo Demanda, quam utilitatem afferat de Jure Communi, que nullam offert de Jure Regio.
- 14 Libellus absque conclusione sustinetur de Jure Regio.
- 15 Libellus etiam rei nomen contineat.
- 16 Libellus rem petitam continere debet.
- 17 Libellus constat esse facti narratione, causa facti, & conclusione.
- 18 Narratio facti in Libello qualis esse debeat.
- 19 Petitio, & narratio obscura de Jure Regio non admittitur, quam etiam ex officio Judicis repellere fas est.
- 20 Petitio generalis de Jure Regio in quibusdam casibus admittitur.
- 21 Petitio generalis Libello concepta non repellatur de Jure Communi, parte non opponente.
- 22 Libellus continere debet causam, & jus sufficiens, ex quibus conclusio sequatur, nomen tamen actionis proponere opus non est.
- 23 In actionibus, tam realibus, quam personalibus duplicem causam reperiri constat, propinqua, & remota.
- 24 Causa propinqua in realibus est dominium, aut jus reale: remota autem est causa, ex qua id fuit causatum.
- 25 Causa propinqua in personalibus actionibus ipsa obligatio est: remota vero contractus, ex quo ea ortum habuit.
- 26 In Libello, in quo actio personalis agitur, causa remota actionis exprimenda est: si vero reali, propinquam causam exprimere sat erit.
- 27 Clausula: Y puesto, que por mi ha sido requerido, &c. operatur, quod per cam constet, interpellationem extrajudicalem praecessisse, ut reus in expensis condemnatur.

- 28 Clausula: Porque pido a V. m. que, habida mi relacion por verdadera, en quanto, &c. quid operetur in Libello posita.
- 29 Plura Libello petens omnia asserit probare.
- 30 Per clausulam: Por su Sentencia definitiva, o por otra tal, que en tal caso, &c. inducitur Libelli conclusio, que nunquam omittenda est.
- 31 Si in Libello narratio facti, & conclusio interveniant, conclusioni standum erit, nisi apponatur clausula: Peto justitiam: quia tunc narratis etiam erit standum.
- 32 Plures casus, in quibus conclusione opus non est in Libello, remisit.
- 33 Clausula: Y asi condemnado a ello, le compella, y apremie, &c. qualiter intelligatur.
- 34 Libellus, in quo preposteratur ordo illorum verborum, le compella, y apremie, y condene sustinetur.
- 35 Clausula: Sobre lo qual todo, pido cumplimiento de justitia, plures effectus habet, & nunquam omittenda, tam ex parte actoris, quam rei.
- 36 Clausula: Y el oficio de V. m. imploro, operatur, quod Juxta possit officium suum ad utilitatem petentis concedere, licet alias ad utilitatem privatam illud impartiri nequeat.
- 37 Clausula: Y las costas protesto, operatur, quod Juxta victum in expensis condemnem, quem alias condemnare non potest, parte non petente.
- 38 Juxta, parte etiam non petente, victum in expensis condemnare poterit, que facta fuerint post litem contestationem.
- 39 Juramentum malitia ante, & post litem contest. semel, & pluries, quoties contra aliquem ad est presumptio, quod aliquid malitiose proponit, debet prestari, tam in secularibus, quam in Ecclesiasticis causis.
- 40 Juramentum calumnie in Secularibus Tribunalibus Regni Castellae usu receptam non est.
- 41 Juramentum calumnie de Jure Communi ad omnia, que accedunt, post litem contestatam prestandum est, ne quid in lite calumniose fiat.
- 42 Advocati Regni Hispaniarum in Libello actionis, & in aliis petitionibus utuntur juramento malitia, loco juramento calumnie.
- 43 Si petitur a parte ipsa cum juramento malitia aliquid, juramentum qualiter prestandum.
- 44 Quando aliquid petitur a Procuratore, tunc juramentum malitia in ejus animam, & domini prestari debet, etiamsi alia juramenta in animi sui domini duntaxat praestiterit.
- 45 Clausula opponi solita in Libello: Juro

- a Dios, y a esta Cruz, &c. necessaria non est.
- 46 Juramentum calumnie, parte adversa non petente, non est de substantia judicii, & ideo nullitatem processus non inducit; et si omitatur tacite.
- 47 Juramento calumnie tacite renuntiari potest, non vero expresse.
- 48 In Libello nomen Judicis apponendum est cum titulo, qui sua dignitati conveniat.
- 49 Nomen Judicis in Libello omittitur de consuetudine, nisi in negotiis Curiae Romanae.
- 50 Libellus inscribendus cum titulo convenienti Judici, coram quo porrigitur.
- 51 Exprimuntur tituli quidam, & inscripiones, que in libellis diversis Judicibus apponi solent.
- 52 Libellus debet esse subscriptus manu Advocati.
- 53 Forma libelli in actione de constituta Hispanie concepit.
- 54 Actio de constituta pecunia competit, si debitum praecedat.
- 55 Constitutor post debitum contractum: fidejussor ante, & post intervenire potest.
- 56 Actione de constituta obligatur quis modo pacto.
- 57 Ut actio de constituta competat, primum debitum non debet posse elidi exceptione de Jure Pratorio introducta.
- 58 Volens intentionem suam instrumentis probare, cum libello actionis ea producere debet, & jurare ea vera, & non falsa esse, alias post non admittetur, nisi juret de novo instrumenta reperisse.
- 59 Leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. quomodo intelligenda.
- 60 Libelli ab actore oblato reo copiadanda est, ut cedat, vel contendat.
- 61 Reus, libello ab actore oblato, intra novem dies de Jure Regio respondere debet.
- 62 Reus in causis gabellarum intra tres

- dies libello respondere tenetur.
- 63 Dilatio viginti dierum datur reo de Jure Communi, ut libello actoris responderet.
- 64 Si reus intra terminum juris non compareat respondens libello actoris, tunc actor uno ex tribus remediis uti poterit.
- 65 Si reus compareat, & confiteatur, quod in libello continetur, judicium finitur.
- 66 Si reus conventus compareat negans, opponat dilatoriam, aut fori exceptionem declinatoriam ante litem contestationem.

QUARTUM TEMPUS.

OBLATIONIS LIBELLI.

1. Libellus variis modis definitur, ut constat ex Glossa, (a) Speculator, (b) & Alciato (c) afferentibus, libellum esse scripturam brevem continentem claram intentionem Actoris. 2. Et licet libellus de Jure communi in scriptis esse offerendus, (d) in tantum, quod erat de substantia ordinis judicarii; (e) 3. tamen de Jure hujus Regni relinquatur arbitrio Judicis, an libellus in scriptis sit offerendus, necne? (f) Quod verum est, dummodo interveniat aliquis petitor in scriptis redacta apud acta processus per Notarium, vel per vivam vocem petentis, super qua Juxta possit suam sententiam fundare. (g) 4. At vero in Regis Auditoriis, & Supremis Tribunalibus libellus in scriptis esse offerendus, (h) 5. Quando autem libellus in scriptis offerendus sit, Advocatus debet illum concipere, secundum stylum illius regionis, ubi causa agitanda erit. (i) 6. Debeatque libellus esse clarus, certus, & concludens petitionem agentis, per quem demonstratur species futurae litem incertitudine. (j) 7. Et debet componi compendiose sub verbis brevibus, absque multiloquio verborum: (k) 8. & in summa quid libellus con-

(a) In cap. 1. de Libell. oblat. n. 1. ff. de Edend. Et Avend. in dict. respon. 1. n. 17.

(b) Ut probat text. in Dialog. Relator. 3. part. cap. 43. num. 1.

(c) In sua Pract. fol. 101. col. 2. Imol. & Anchar. in Clem. Sape, de Verb. sign.

(d) Ut probat text. in Auth. Offeratur, Cod. de Lit. contest. & in cap. 1. de Libell. oblat. & ibi gloss. verb. Necessario. Et Prob. consil. 75. n. 21. & de Jure Lusitan. idem esset dispositum, lib. 3. Ordin. tit. 19.

(e) Ut notat gloss. in Summa 2. quest. 1. & gloss. in cap. De causis, de Offic. Deleg. & gloss. in cap. 1. de Libell. oblat. & gloss. in cap. Quoniam contra falsam, verb. Petitionis, de Prob. Juss. in §. Triplici, n. 35. Inlit. de Off. (f) Ut extat decisum in leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. Et explicat Avend. in suis Responsis in respon. 1. a. n. 15.

(g) Ut not. gloss. in dict. Clem. Sape, verb. Necessario. Oros. in leg. Actione, n. 41. ff. de Edend. Et Avend. in dict. respon. 1. n. 17.

(h) Ut probat text. in leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. Et resolvit Joan. Matienz. in Dialog. Relator. 3. part. cap. 43. num. 1.

(i) Ut firmat gloss. in Auth. Offeratur, verb. Præditis, Specul. in tit. de Libell. concept. §. Sum nunc, Soc. in cap. 1. col. fin. de Libell. oblat.

(j) Ut probat text. in leg. 1. ff. de Edend. & in cap. fin. de Libell. oblat. Juss. in §. Omnium, n. 125. Inlit. de Off. Oros. ubi supr. n. 34. Et probat text. in leg. 4. tit. 2. lib. 4. Recop.

(k) Ut probatur in leg. Ampliatum, §. In refutationis, Cod. de Appel. & leg. fin. Cod. de Precis. Imper. offer.

tinere debeat, tradit Speculator, ubi supra, sub quibusdam verbis, (f) & verus sic se habent.

Et à quo rectè compositus quisque libellus habet. Quod etiam de Jure Regio probatur in l. 40. tit. 2. Part. 3. unde operæ pretium erit videre explicationem uniuscujusque clausulæ dicti libelli.

9. Primo in libello requiritur, quod apponatur Quis, nam nomen actoris, vel actoris, semper apponi debet. (m) 10. Et in isto Regno formatur hoc modo, quod si actor personaliter in judicio compareat, nomen ejus erit apponendum, ut puta: Fulano, vecino de tal Lugar, &c. si verò per Procuratorem compareat, tunc nomen Procuratoris erit apponendum, forma sequenti: Fulano, en nombre, y como Procurador de Fulano, de cuyo poder bago presentacion, &c. 11. Et quia sæpissime contingit, quod postquam aliquis constituit Procuratorem ad aliquam causam, ipsemet vult comparere personaliter in judicio, ad aliquid petendum in illa causa, vel alia, tunc post nomen ejus in libello appositum, erit adicienda sequens clausula: Fulano, vecino de tal Lugar, non revocando mis Procuradores, parezco ante Vmd. alioquin, si prædicta clausula non adijceretur, per illum comparitionem visus esset suum Procuratorem revocasse. (n)

12. Post nomen actoris solet adici alia clausula, scilicet: Como mejor haya lugar de Derecho, quæ licet non sit necessaria, est tamen utilis, & habet hunc effectum, quod si duo remedia propostita sint in libello, unum aptum, & aliud ineptum: vel Advocatus sit dubius de remedio competenti, virtute dictæ clausulæ sustinetur libellus eo modo, quo melius de jure valere possit. (o)

13. Post prædictas clausulas solet apponi alia; scilicet: Y me querello, y pongo demanda, quæ clausula licet utilis esset, attento Jure communi, cum per eam suppleretur defectus conclusionis; (p) 14. Jure tamen Regio non est necessaria: quia abique conclusione libellus subsistit, dummodo aliqua petitio in scriptis redacta interveniat, ex qua colligi possit, quid actor perere velit, quamvis inepte sit composita. (q) 15. Secundo in libello requiritur, quod apponatur A quo: quia nomen rei apponi debet, (r) & concipitur hoc modo: Y pongo demanda contra Fulano, &c.

16. Tertio in libello requiritur quod apponatur Quid: quia id, quod petitur apponi debet, narrando factum per hanc clausulam: Y contando el caso de mi demanda, digo, que assi es, (s) 17. Nam libellus ex tribus constat, nempe, ex facti narratione, causa facti, & conclusione. (t) Quæ facti narratio debet esse brevis, clara, certa, & specifica, per quam res petita suis limitibus, & quantitatibus exprimitur, & animus perentis constat, ut reus facilius deliberet, an cedere vel contendere debeat: (u) 19. petitio enim, & narratio generalis, & obscura non admittitur de Jure Regio, imò, etsi non opponatur à parte, Judex ex officio repellere poterit petitionem generalem, & obscuram; (x) 20. nisi in quibusdam casibus exceptis in dict. l. 4. ubi narratio generaliter admittitur; 21. quamvis de Jure communi libellus generalis non repellatur, nisi parte opponente. (y)

22. Quarto, in libello requiritur, quod apponatur Quo: nam apponi debet, quo jure, causa, vel actione petatur, non tamen necessarium erit nomen actionis proponere, sed

(l) Quos refert gloss. in cap. 1. de Libel. oblat. & Jaff. dict. §. Omnium, n. 139. & 144. Marant. de Ordin. jud. in dict. 6. part. memb. 3. n. 4.
(m) Ut probat text. in leg. Libellorum, in princ. ff. de Accus. cap. 1. de scriptis, §. Libellorum 2. quest. 8. cap. Foyus, de Verbo. figg. in leg. 40. tit. 2. Part. 3.
(n) Ut probat text. in cap. Si quem, de Procurat. lib. 6. Et not. gloss. & Doct. in cap. Non injuste, Extra. de Procurat. Bartol. & omnes in leg. Mutari, n. 5. ff. de Procurat. Cepola in cautel. 119.
(o) Ut notat Imol. in leg. Cum pater, §. Filius matrem, ff. de Leg. 2. & in leg. Nemo potest in princ. ff. de Leg. 1. Panorm. & Bellam. in cap. Exhibita, de Jud. Et prædictæ clausulæ plures effectus congerit Decius in cap. Cum super, n. 12. de Offic. Deleg. Jaff. in §. Omnium, n. 149. & n. 151. Infit. de Alii, Marant. de Ord. Jud. 6. part. memb. 3. n. 10. Hypopolit. in singul. 36.
(p) Ut not. Bald. in leg. Edita, n. 6. Cod. de Edend. & gloss. 1. cap. Quia presulatus 3. quest. 4. & Jaff. in leg. 1. n. 1. ff. de Edend.
(q) Ut probat text. in leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop.

Et idem dispositum est apud Lusitanos, lib. 3. Ordinam. tit. 49. in princ. Et notat Avend. in t. respons. n. 18. & Matienz. in Dialog. Relat. 3. part. cap. 43. n. 2.
(r) Ut in dict. leg. Libellorum in princ. & in dict. cap. Foyus. Et tradit Specul. in tit. de Libel. concept. §. Quid libellus
(s) Ut probat text. in leg. Si in rem, & in leg. Officium, ff. de Rei vindic. & ibi notat. Bart. & Forc. in §. Curare, Infit. de Action.
(t) Secundum Bart. in leg. Si prius, n. 3. ff. de Nov. operum. Jaff. in §. Omnium, n. 117. Infit. de Alii.
(u) Ita probat text. in cap. 2. de Libel. oblat. & expressus in leg. 4. tit. 2. lib. 4. Recop.
(x) Ut probat text. in dict. leg. 4. tit. 2. lib. 4. Recop. junct. leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. & in specie not. Avend. dict. respons. 1. n. 19. & Matienz. Dialog. Relat. 3. part. cap. 43. n. 3. & 4.
(y) Ut not. Alex. conf. 32. lib. 4. Confil. n. 7. & 8. Marant. de Ordin. jud. 6. part. memb. 3. n. 16. Avend. in dict. respons. 1. n. 19. & Matienz. ubi sup. n. 9.

sed sufficit causam sufficientem ponere, ex qua conclusio sequatur. (z)

23. Circa quod est advertendum, quod in actionibus, tam realibus, quam personalibus duplex causa reperitur, propinqua, scilicet, & remota; 24. propinqua verò in realibus est dominium, seu jus reale: remota autem est causa illa, ex qua illud dominium fuit causatum; 25. ceterum in actionibus personalibus causa propinqua est ipsa obligatio, remota verò contractus, ex quo oritur ipsa obligatio. (a) 26. His sic constitutis, resolvendum erit, quod in actione personali est exprimenda causa remota, & non sufficit propinquam exprimere, verbi gratia, si mihi debes decem ratione mutui, non sufficit dicere, peto decem, quia mihi ad illa es obligatus, sed requiritur dicere, quia illa mihi debes ratione mutui; at verò in actione reali sufficit causam propinquam exprimere, nec necesse est remotam exprimere, ut puta, peto domum, quia ad me pertinet ratione domini, vel quasi, nec opus est dicere, quia dominium ad me spectat ratione legati, vel alicujus contractus. (b)

27. Post prædictam clausulam apponi solet clausula sequens: Y puesto que por mi ha sido requerido, no lo ha querido, ni quiere hacer sin contienda de juicio: ut per eam constet de interpellatione extrajudiciali, & reus veniat in expensis condemnandus. (c)

28. Statim subsequitur alia clausula, scilicet: Porque pido à Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en quanto baste para el vencimiento de esta causa, &c. quæ operatur hunc effectum, quod, 29. licet plura in libello cumulans, ea omnia adstringatur probare, (d) tamen per prædictam clausulam solummodo adstringitur probare id, quod ad victoriam

illius causæ sufficiat: quæ clausula successit in locum clausulæ antiquæ, scilicet: No me obligando à probar mas de lo necesario. (e)

30. Postmodum subsequitur alia clausula, nempe: Por su sentencia definitiva, ò por otra, que en tal caso lugar haya, condene al dicho Fulano à que me de, y pague, &c. per quam inducitur conclusio libelli, & nunquam omiti debet, quia vis libellorum in ea consistit: nam non attenditur quid narretur, sed quid concludatur: (f) & licet de Jure Regio conclusio non sit necessaria, ut diximus supra, num. 14. aliqualis tamen petitio in actis redacta requiritur, ex qua colligi possit, quid actor intendat, ut ibi resolvimus; 31. si tamen in libello narratio facti contraria, vel diversa à conclusione intervenerit, standum erit conclusioni, non verò narrationi, (g) nisi apponatur clausula: Peto justitiam: quia tunc etiam narratio standum erit. (h) 32. Sunt tamen de Jure Communi plures casus, in quibus conclusio non est necessaria, quos congerit Jaffo. (i)

33. Subsequitur alia clausula, scilicet: Y assi condemnado, à ello le compela, y apremite por todo remedio, y rigor de Derecho, (j) & est clausula executiva: 34. & licet ordo præpõsteretur, dicendo: Pido le compela, y apremite, y condene; tamen libellus sustinebitur. (k)

35. Alia clausula sequitur, scilicet: Sobre lo qual todo pido cumplimiento de justicia, &c. quæ clausula salutaris appellatur, & nunquam omitenda erit, tam esse parte actoris, quam ex parte rei: nam plures effectus operatur, multique defectus per eam suppletur. (l)

36. Sequitur alia clausula, scilicet: Y el oficio de Vmd. imploro, &c. quia Judex officium suum ad utilitatem privatam impartiri nequit,

(x) Secundum Bartol. in leg. Edita, Cod. de Edend. Panorm. & Fel. cap. Dilecti, de Jud. Et communiter omnes ex Jaff. in §. Omnium, n. 165. Infit. de Alii. & de Jure Regio probatur in leg. 40. tit. 2. Part. 3. Et latius resolvitur infra in 3. Tom. in Intio, n. 7.
(a) Ita docet Bart. in leg. Et an eadem, §. Actiones, n. 19. ff. de Except. rei judic. Orof. n. 18. & reliqui moderni in leg. 1. ff. de Except. rei jud.
(b) Ita firmat gloss. in leg. 1. in princ. ff. de Edend. Receta communiter ibi per Doct. & gloss. in cap. 2. de Libel. oblat. Et hanc referunt communem opinionem Panorm. n. 14. & Dec. n. 9. in cap. Dilecti, de Jud. &c.
(c) Ut resoluisti supr. 1. Tempore, n. 2.
(d) Ut docet Arch. in cap. 2. de Testib. in 6.
(e) De qua agit Panorm. in cap. Ex parte 1. num. 8. de Rescrip. & in cap. Examinata, de Jud. Et Gomet. in §. Omnium, col. 5. Infit. de Alii. Et Angel. in Tract. de Malef. verb. in portum Ecclesie.
(f) Secundum gloss. 1. in cap. Hec quippe 3. quest. 6. Innoc. cap. Super litteris, de Rescrip. & Jaff. in leg. 1. in princ. ff. de Edend. & in dict. §. Omnium, n. 135.

(g) Secundum Dec. conf. 58. col. 2. n. 3. vol. 1. post Ant. de Burr. & Panorm. in cap. Ex parte B. de For. comp. per text. ibi.
(h) Ita cum Corn. & aliis resolvit Avend. in dict. 1. respons. n. 18.
(i) In dict. leg. 1. n. 17. ff. de Edend.
(j) De qua agit Bald. in leg. Vinum, ff. Si certi, per. & Jaff. in dict. §. Omnium, à n. 189.
(k) Secundum Bart. in leg. 1. Cod. de Exec. rei judic. & leg. Si cum nulla, ff. de Re jud. Et Jaff. dict. §. Omnium, n. 144. Et facit text. in cap. 1. de Offic. Ordin. Ubi Doctior. communiter idem resolvunt.
(l) Ut videtur est per Ant. Burr. in cap. 2. de Libel. oblat. Panorm. & omnes in cap. Cum dilectus, de Ord. cog. Panorm. Dec. & Felin. in cap. 1. de Offic. Deleg. & Jaff. in dict. §. Omnium, à n. 147. Et alium effectum hujus clausulæ ponit Didac. Perez in leg. fin. tit. 4. lib. 3. Ordin. in gloss. pen. in fine: quom tamen, ut improba ex is; quæ notatis infra in 7. Tempore, in fine Libelli replicationis actoris.

quit: (m) tamen per predictam clausulam Judex poterit officium suum ad utilitatem privatam impartiri in omnibus sibi necessariis.

37. Alia clausula sequitur, scilicet: *T las cosas protesto*: nam licet victus condemnandus sit victori in expensis; (n) non tamen Judex teneatur hanc condemnationem expensarum facere, nisi a parte petita fuerint. (o) Et si omnia fuerit expensarum condemnatio, poterit appellare victor. (p) * Si tamen victus appellet in causa principali, victor ex eo quod victus non fuit condemnatus sibi in expensis, non poterit appellare; ita ut Judex ab eo impetratus de causa appellationis cognoscat: nam imo Judex impetratus a victo appellante, erit Judex competens in causa. (q) 38. Ideoque in libello predicta clausula ponitur: Judex tamen, si voluerit, bene poterit condemnare victum victori in expensis factis post litem contestationem, quamvis a parte non fuerint petita. (r) * Si tamen victus iustam causam litigandi habuerit, non erit condemnandus in expensis, (s) quo in loco cumulat iustas causas litigandi.

39. Ultimo subsequitur alia clausula, scilicet: *T iuro a Dios, y a esta que esta Demandanda no pongo de malicia, &c.* Licet hoc juramentum malitiae praestari debeat super exceptionibus, vel quando aliquid loco exceptionis proponitur, semel, & pluries, quoties praesumptio est contra aliquem, quod malitiose proponat, & ita ante, & post litem contestatam, tam in profanis, quam in Ecclesiasticis causis; (t) & etiam in causis beneficiabilibus resolvit Vantius, (u) & Menochius, (x) resolvens, hoc juramentum calumniae de *Jure Divino* inductum esse, ut probatur Exod. cap. 22. ac ideo nec *consuetudine*, nec *statuto* effici posse, quod in causis pertractandis in ju-

(m) Ut l. 4. §. Hoc autem iudicium, ff. de Dam. infect. Ubi Bart. & omnes Imoc. & Panorm. ff. de iur. iur. 2. de iur. iur. (n) Ut in leg. *Properandum*, §. *Si vero autem alienaria*, Cod. de iud. & in cap. *Calumniam*, Extra. de Pan. cap. *Oliva*, de Privileg. cap. *Finem litibus*, de Vol. & cont. & in leg. 8. tit. 3. & leg. 7. tit. 22. Part. 3. (o) Secundum gloss. in cap. fin. de Rescript. Receptam communitur a Panorm. Imol. & Bellam. ibi Bart. Alex. & Jass. dict. leg. *Properandum*, §. *Si vero autem*. Et Govar. in Pract. Quasi. cap. 27. n. 5. ubi per totum caput agit de his expensis, & eorum condemnatione. (p) Juxta gloss. 2. in cap. *Significaverunt*, de Except. & ibi notat Panorm. à n. 7. Felin. à n. 1. & Rebus. in 3. tom. Confit. Tract. de Expens. art. 3. gloss. ult. n. 15. & in Tract. de Appel. art. 9. gloss. unic. n. 27. (q) * Juxta text. in l. fin. Cod. *Quando provocare non est nece.* Speculat. tit. de Appellat. §. *In quibus*, vers. pen. & Rebus. in dict. tract. de Expens. art. 3. gloss. unic. n. 15. (r) Secundum gloss. in dict. cap. *Finem litibus*. Bart. & alios in l. 4. §. *Hoc autem iudicium*, ff. de Dam. infect. & Govar. ubi supr. (s) Ut in leg. *Relativus* Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 2. ca. 177. à n. 1. (t) Ut in leg. *Tefenus*, ff. *Ad exhib. cap. Cum dilecti*, de

dicio omittatur. 40. Tamen quia in Tribunalibus Saecularibus hujus Regni juramentum calumniae de *consuetudine* non observatur, ut resolves infra in fine septimi Temporis, 41. (quod juramentum calumniae de *Jure praestandum* erat post litem contestatam, in causa principali ad omnia, quae accederent, vel emergerent, ne quid calumniosè in tota lite fieret.) (y) 42. Ideo Advocati hujus Regni praesim utuntur juramento malitiae in libello principali actionis, & in quibuscumque aliis petitionibus, oppositionibus, exceptionibus, accusationibus, & denuntiationibus. 43. Unde cum Advocati ob predictam rationem utantur juramento malitiae in locum juramenti calumniae, si id, quod petitur, vel proponitur ab ipsa parte principali proponatur, praestandum erit sub forma in ista clausula contenta; 44. si vero proponatur a Procuratore, aliter erit dicendum, nempe: *T iuro a Dios, y a esta que en anima de mi parte, y la mia*: nam licet Procurator debeat praestare alia juramenta in animam sui domini; (z) tamen quando juratur de calumnia, erit juramentum praestandum a Procuratore in animam suam, & animam domini. (a) 45. Et ob eandem rationem dicendum erit, hanc clausulam necessariam non esse: 46. nam etiam juramentum calumniae non est de substantia iudicii, nisi parte adversa petente, ideoque tacite omitti potest, nec inducit nullitatem processus 47. quamvis expressè renuntiari non possit, (b) ceterum, parte adversa petente, & substantia iudicii est, praestandumque erit, alioquin processus erit nullus: (c) de *Jure* tamen hujus Regni processus erit nullus, quando non fuerit praestitum, si a parte petitum fuerit, & a iudice bis mandatum praestari. (d) Praxis vero hanc clausulam recipit,

Electi. cap. *Passoralis*, de Except. cap. *Presentium*, de Testib. in 6. Et docet Specul. tit. de *Juramentis*, §. 1. n. 6. Et Hoff. in Summ. de Jur. calum. §. *In quibus* in fin. (y) Tract. de Null. tit. de *Nullit. ex defect. process.* n. 29. (z) Lib. 1. de Arbitr. quaest. 20. n. 3. (a) Ut probatur in Auth. *Hoc sacramentum*, Cod. de *Jurjurand. prop. calum.* cap. 1. de *Juram. calum.* in 6. (b) Ut probat text. in cap. *Procurator*, 38. de *Electi*, lib. 6. (c) Juxta text. in cap. 21. §. 1. & ibi gloss. verb. *Ab ipsi de iuram. calum.* in 6. gl. in Auth. *Principales*, verb. *Miserere*, C. de *Jurjur. prop. calum.* Et not. Aug. in §. *Nam non creditur*, n. 6. In lit. de *Pan. tem. litig.* Resolvit cum plurib. Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. gloss. 4. vers. *Dubitari poterit*. (d) Juxta text. cap. 1. §. 1. de *Juram. calum.* in 6. (e) Juxta text. dict. cap. 1. §. 1. de *Juram. calum.* in 6. & not. Sebast. Vant. Tract. de Nullit. process. sub tit. de *Nullit. ex defect. process.* n. 29. Et Menoch. ubi supr. n. 5. & Alex. Staticus in sua Praxi Judiciali, cap. 20. n. 94. qui à n. 95. disputat an tacite possit a partibus remitti expensens text. in leg. 2. §. *Sed quia veterum*, C. de *Jurjur. prop. calum.* (f) Juxta text. in leg. 100. tit. 17. lib. 4. Recop. in finalibus verbis, & tradit Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. gloss. 4. vers. *Dubitatur* 4.

ut supradictum est, non tamen inde processus erit nullus, si omittatur.

48. Quinto requiritur, quod in libello apponatur *coram quo*: nam nomen iudicis apponi debet cum titulo congruenti suae dignitati. (e) 49. *Hodie* tamen *consuetudine* introductum est, quod nomen iudicis non apponatur nisi negotiis Curiae Romanae, (f) quia Tabelliones, libello oblato in actis, statim redigunt, libellum fuisse porrectum tali die, coram tali iudice.

50. Adverte praeterea, quod in libello, & in quacunq; petitione inscripito apponi debet cum titulo congruenti dignitati iudicis: 51. & si petito porrigenda sit ipsi Regi, ponitur titulus: *SEñOR*: si porrigenda sit in aliquo ex Consilio Supremis, vel in Cancellariis Regalibus, titulus erit: *MUY PODEROSO SEñOR*: *y por escrito llamanlos ALTEZA: y de palabras, en las Salas llamanlos SEñORIA*. Si vero porrigatur alicui Praefidi, Episcopo, vel Archiepiscopo nullus apponetur titulus, nisi Cardinalibus, & Archiepiscopo Toletano, & titulus erit: *ILUSTRISSIMO SEñOR*, ò *REVERENDISSIMO SEñOR*: *y a los demás Jueces Inferiores no se ha de poner titulo ninguno, ni corteia, sino comenzar la peticion, y escrito por renglon.* (g)

52. Insuper adverte, quod libellus, attentato *Jure hujus Regni*, debet esse subscriptus manu Advocati cogniti, ut probat text. in l. 4. tit. 16. lib. 2. Recop. Et, ut facilius Tyrones Advocati instruantur, & perfectius omnia supradicta intelligant, libellus in actione de *constituta pecunia* erit formandus cum omnibus praedictis clausulis, cum quo haec tela iudicii Ordinarii erit ordiendi, & contextenda, modo, & forma sequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE de constituta pecunia.

Illustre Señor.

53. Pedro, vecino de Salamanca, como mas haya lugar de Derecho, parezco ante Vmd. y me querello, y pongo demanda a Geronymo, vecino de esta Ciudad de Zamora, y contando el caso de ella, digo, que asi es: Que Juan vecino de esta dicha

(e) Ut probat text. dict. leg. *Libellorum*, & in leg. 40. tit. 2. Part. 3. & not. Specul. in tit. de *Libellor. concepti*, §. 4. Et Alciat. in sua Pract. fol. 102. col. 2. (f) Secundum Gom. in cap. *Statutum*, §. 1. in princ. de *Rescript.* in 6. (g) Secundum novam Pragmaticam Regiam anni MDLXXXVI. quae ponit ordinem servandum circa su-

„ Ciudad me está obligado a dar, y pagar cien ducados, que me havia prometido: y sabiendolo, y entendiendolo el dicho adve, verso vino a mi, sin le decir yo, ni pedir cosa alguna, y se me constituyo por pagador, y deudor principal de la dicha deuda, prometendome de me dar, y pagar los dichos cien ducados, y asi quedo obligado a me los dar: y puesto caso, que por mi ha sido requerido muchas, y diversas veces, a que me los de, y pague, no lo ha querido hacer sin contienda de Juicio: Por que pido a Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en quanto baste para el vencimiento de esta Causa, por su lentancia definitiva, ò otra, que en tal caso lugar haya, condene, al dicho Geronymo, a que me de, y pague los dichos cien ducados; y asi condenado a cumplimiento de justicia, y las costas por testo, y el oficio de Vmd. imploro: y juro, en forma de Derecho, que esta demanda no pongo de malicia, sino porque asi cumple a mi derecho, y justicia.

EXPOSITIO HUIUS LIBELLI.

54. Diximus: *Uno está obligado a pagar cien ducados*, quia ad hoc ut actio de *constituta pecunia* alicui competat, praecedere debet aliquod debitum. (h) Et hinc deducitur aliud requisitum, ad hoc ut actio ista competat, scilicet, quod constitutor se obliget post debitum contractum, & hoc discernitur constitutor inter constitutorem, & fideiussorem, 55. quia fideiussor ante, & post obligationem intervenire potest; constitutor vero post obligationem tantum. (i)

56. Diximus: *Sin le pedir yo cosa alguna*, quia ad hoc ut competat actio de *constituta pecunia* requiritur, quod constitutor nudo pacto promittat, alioquin stipulatione interveniente, ex stipulata agendum esset. (j) 57. Deinde requiritur, quod illud primum debitum elidit non possit per exceptionem introductam de *Jure Pratorio*. (k) 58. Et est adinventum, quod si intentionem suam actor per instrumenta probare habuerit, tenebitur illa simul cum libello actionis coram iudice producere, jurans

(h) Ut probat text. in leg. 1. §. *Debitum*, ff. de *Constit. pecun.* (i) Juxta gloss. in Auth. de *Fideiuss.* §. *Si quis*, verb. *Fideiussorem*, Collat. 1. Ideo in Libello dicitur: *Sabiendolo*, &c. (j) Ut probat text. in §. *De constituta*, Instit. de *Act.* (k) Juxta text. in leg. *Quod si maritus*, 3. ff. de *Constit. pec.*

rans se eis uti velle, tanquam veris, & authenticis, nec falsa, vel simulatè concepta esse, alias, si simul cum suo libello non produxerit, postmodum admittenda non erunt, nec eis uti poterit, nisi cum juramento dixerit de novo reperta fuisse, & antea in ejus notitiam non venisse: nam tunc in quacunque parte litis producere actor poterit, juxta leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. 59. que licet loquatur in libris agitantis in Cancellariis, & Audientis Regis, etiam idem observandum erit in Tribunalibus Inferioribus, cum prædicta lex fituata sit sub Rubrica tituli agentis de *Actionibus intentandis*, tam in Audientis Regis, quam alius Tribunalibus, & quia ratio illius legis generalis est: rursus, quando Princeps scribit alicui Præsidi, omnibus scribere censetur, nisi aliqua speciali ratione ductus illi scriberet. (m)

60. Postquam libellus actionis intentanda Judicis ab actore porrectus fuerit, Judex, inquit, se illud pro oblatò habere, præcipitque reo intimari, & quod sibi de illo copia detur, ut veniat responsurus: (n) copia enim libelli adversario dari debet, ut videat an cedere, vel contendere debeat: (o) & copia illius primi libelli expensis actoris danda erit reo secundum glossam, (p) tenet Bartolus in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Litis contest.* & in l. 2. ff. de *Re judic.* Utrobique asserens, in hoc observandam fore consuetudinem cujusque loci: ac proinde Judices, cum primum ingrediuntur locum magistratus sibi commissi, curare debent animum suum informare de stylo illius Audientis, (q) quem styllum à Tabellionibus, & à Procuratoribus inquirere debet; (r) sed melius requiret à peritis, & antiquis sui fori Advocatis, quos ad se vocatos, summarie poterit examinare in his, quæ pertinent ad litis ordinationem, (s) & tunc Tabellio in scriptis redigit hanc præsentationem libelli, & responsum Judicis cum duobus testibus, si de stylo Audientis soleant testes in actus processus apponi, (t) & iste actus erit scribendus

(m) Ut docet Bart. in leg. *Relegatorum*, §. *Interdicere*, ff. de *Interdic.* & *relegat.* Jass. in leg. 1. num. 7. ff. de *constr. Princip.*

(n) Ita firmat gloss. in leg. *De pupillo*, §. *Memnisse*, verb. *cum*, ff. de *Novi. oper. nunt.* & gloss. fin. in cap. *Ex parte* 1. de *Verb. sign.* & ibi notat Panorm. & Felin. in cap. *Dimittit*, §. *Lites*, n. 13. de *Acquis.* Alex. & Jass. dict. §. *Dimittit*.

(o) Secundum Angel. in leg. 1. §. *Edere*, ff. de *Edend.* per text. in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Lit. contest.* & in leg. 40. tit. 2. Part. 3.

(p) Verbo *Oblatos*, in Clem. 2. de *Appel.* & gloss. in Clem. *Causam*, verb. *Porrectio*, de *Elect.* & gloss. in Clem. *Sapienter*, verb. *Pronunciatio*, de *Verb. sign.*

modo, quo diximus in 1. part. 2. Tomi, cap. 5. num. 31. 61. Qui reus respondere debet de *jure Regio* intra novem dies connumerandos à die intimationis, (u) 62. præterquam in causis gabellarum, in quibus intra tres dies tenetur respondere, (x) 63. Licet de *jure communi* dilatio viginti dierum datur. (y) 64. Et si intra prædictum terminum reus non comparuerit, actor poterit uti uno ex tribus remediis relatis supra in fine 3. Temporis: 65. sed si comparuerit in termino prædicto, confitendo id, quod in libello continetur, judicium iniicitur, cum confitens pro condemnato habeatur, & nulla sint partes judicis, (z) 66. tamen, si in libello contenta negaverit, & habuerit aliquam exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam fori, tenebitur illam opponere ante litis contestationem, (a) ob idque oportune erit dicendum de 5. Tempore.

EX QUINTO TEMPORE.

SUMMARI A.

- 1 **E**xceptio est actionis, aut intentionis exclusio.
- 2 **A**ctio, & exceptio, sicut pater, & filius, ita sunt correlativa, ut sine actione consistere non possit exceptio.
- 3 **E**xceptio actionis exclusio dicitur: intentionis autem repulso proprie defensio appellatur.
- 4 **C**riminis exceptio adversus spoliatum opponi nequit.
- 5 **I**nimicus illegitimus est ad accusandum.
- 6 **N**on valentibus accusare licitum est excipere.
- 7 **Q**ui excipiendo crimen objicit, criminaliter agere non videtur.
- 8 **P**endentia accusationis accusatum infamem reddit, & restitutionem retardat.
- 9 **N**ovo jure præjudicialis, seu peremptoria

(q) Ut in leg. 3. §. *Testes*, ff. de *Testib.* & ibi Pomarius ad Bartol.

(r) Secundum Sylv. Nupt. in lib. 3. n. 32.

(s) Ut per Bartol. in leg. de *Quibus*, n. 22. ff. de *Legib.*

(t) Juxta ea, quæ res solvimus supra, in Annotat. ult. ad totum opus, n. 26.

(u) Juxta text. in dict. leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop.

(x) Juxta text. in leg. 5. tit. 7. lib. 9. Recop.

(y) Ut probat text. in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Lit. contest.*

(z) Juxta text. leg. 1. Cod. de *Confess.*

(a) Ut probat text. in leg. fin. Cod. de *Except.* & in cap. *Inter Manasterium*, de *Re jud.* & in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.

Proponendarum exceptionum dilatoriarum. 59

ria exceptio opponi potest post litis contestationem, dummodo intra viginti dies, & non ultra fuerit opposita.

10 **D**efensio, seu intentionis repulso ultra viginti dierum terminum opponi poterit.

11 **E**xceptiones alia peremptoria, alia dilatoria dicuntur, alia secundum Doctores mixta appellantur.

12 **D**ilatorie exceptiones sunt, quæ differunt, non autem causam finiunt.

13 **E**xceptiones dilatoria in tres dividuntur species: quædam enim Judicis personam respiciunt: quædam litigantis personam: alia verò ad totam causam respiciendæ sunt adinventæ.

14 **P**ost litis contestationem non possunt dilatoria exceptiones à litigantibus opponi.

15 **P**rædicta regula limitanda est, ex cap. *Pastoralis*, de *Except.* cum aliis.

16 **E**xceptiones dilatoria intra novem dies *Jure Regio* sunt opponendæ, qui, à fine ultimi termini ad comparandum in citatione assignati, connumerari debent.

17 **D**ilatoriarum terminus *Jure Communi* arbitrio Judicis, & restringi, & ampliari poterat.

18 **T**erminus à lege Regia concessus, scilicet, novem dierum per Judicem abbreviari nequit.

19 **V**ertus est, terminum novem dierum à Judice abbreviari posse.

20 **O**mnem dilationem à lege concessam Judex ex causa restringere potest.

21 **R**ecusatio Judicis suspecti ante omnes alias dilatorias exceptiones opponenda est.

22 **E**xceptio fori declinatoria ante alias dilatorias opponenda est.

23 **Q**ui post aliam exceptionem dilatoriam, fori declinatoriam opponit, Judicis non sui jurisdictionem consensu tacite prorogare videtur.

24 **C**oram Judice nullam habente jurisdictionem conventus, in quacunque litis parte fori exceptionem objicere potest.

25 **Q**ui omnino jurisdictione caret, ex solo privatorum consensu Judex fieri non potest.

26 **C**um errantis nullus sit consensus, si per errorem quis coram Judice non suo compareat, poterit fori exceptionem quodcumque opponere.

27 **I**nterrogatus, an velit coram tali Judice litigare, si se velle responderit, non poterit postea Judicem recusare.

28 **R**eus respondens, se velle coram tali Judice litigare, salvo suis exceptionibus, poterit Judicem recusationem opponere.

29 **L**ibellus Hispano sermone concessus.

30 **E**xpositio supradicti libelli.

31 **I**ncompetentia Judicis in libelli initio opponenda est, ea protestatione præhabita, quod reus non intendit jurisdictionem aliquam Judicis tribuere, nisi eam quasi jure competit.

32 **R**ecusatio, sicut qualibet alia dilatoria exceptio, intra novem dies proponi debet, intra quos, & reus litem contestari tenetur.

33 **I**ntra terminum assignatum reus litem non contestans, habetur pro confesso.

34 **L**itis contestationis effectus est, viam exceptiones dilatorias opponendi præcludere.

35 **A**ctor forum rei sequi debet.

36 **S**ummariè debet Judex de exceptione judicii declinatoria cognoscere, & super ea pronunciare.

37 **S**i Judex jurisdictionem suam ignorans pronuntiet processum, & sententia est ipso jure nulla.

38 **E**xceptiones alia dilatoria post declinatoriam possunt in eodem libello conulari.

39 **L**ibellus Hispano sermone compositus.

40 **E**xcommunicatus in judicio comparere non potest.

41 **P**ublica auctoritas judicio debita observanda est.

42 **E**xcommunicatus adversario in judicio respondere cogendus est.

43 **N**on debet excommunicatus ex delicto suo commodum reportare.

44 **P**ermisum est excommunicato, ad judicium venire compulso, excipere, defendere, & appellere.

45 **F**rangenda non est lex Natura, quæ omnibus defensionem pollicetur.

46 **D**ivino jure probatum est, cum excommunicatis communicare.

47 **I**n actibus Divinis participatio cum excommunicatis Divino jure prohibita est, at verò in actibus humanis non, nisi positivo.

48 **R**omanus Pontifex jus Divinum interpretari ex causa potest.

49 **P**er procuratorem tenetur excommunicatus in judicio respondere.

50 **I**n causis arduis non compellitur quis procuratorem constituere.

51 **E**xcommunicatus in arduis causis personaliter in judicio comparere potest.

52 **V**erbum debet necessitatem interdum, voluntatem tamen aliquando importare.

53 **P**ersonaliter etiam in causis arduis excommunicatus respondere non potest, sed procuratorem constituere compellendus est.

54 **E**xcommunicato exceptiones competentes per procuratorem opponuntur.

55 **Q**uoties propter delictum non potest quis in judicio comparere, etiam in causis arduis procuratorem constituere compellendus erit.